An. et vol. XXXVII 25 Augusti 1945 (Ser. II, v. XII) - Num. 8

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

SUMMARIUM. — Acta Pii PP. XII: Constitutio Apostolica, p. 201 - Litterae Apostolicae, p. 202 - Epistulae, p. 204 - Allocutio, p. 212. — Acta SS. Congregationum: *S. C. Consistorialis*: Provisio Ecclesiarum, p. 217 - *S. C. Rituum*: Decreta introductionis causae pro beatificatione Servorum Dei, p. 219. — Acta Tribunalium: *S. R. Rota*: Citatio edictalis, p. 224.

Conto corrente con la Posta

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M • DCCCC • XLV

Directio:
Palazzo Apostolico — Città del Vaticano
Administratio:
Libreria Vaticana — Città del Vaticano

Pretium annuae subnotationis:
In Italia, Lib. 100 — extra Italiam, *L. it.* 200 —
Pretium unius fasciculi:
In Italia, Lib. 15 — extra Italiam, *L. it.* 25 —

«*Bis fere in mense* (Commentarium) *prodibit ac quotiescumque vel necessitas vel utilitas id postulare videbitur.*» (Ex *Commentarii Officialis* ratione, die 29 Octobris 1908 edita).

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. XXXVII, n. 8 - 25 Augusti 1945)

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIO APOSTOLICA

PAG.

De Chumatien. – Praefectura Apostolica de Chumatien in Vicariatum Apostolicum evehitur. – *9 Novembris 1944* . 201

LITTERAE APOSTOLICAE

Quod Venerabilis Frater. – Sanctus Alfonsus Maria de Ligorio, E. D., Agrigentinae civitatis et dioecesis Patronus aeque principalis cum Sancto Gerlando Episcopo declaratur. – *5 Iulii 1945* 202

EPISTULAE

I. *Cum septimum iam.* – Ad Emum P. D. Petrum tit. Sanctae Trinitatis in Monte Pincio Presb. Card. Gerlier, Archiepiscopum Lugdunensem ac Viennensem Allobrogum: saeculo septimo exeunte ab indicto Concilio Lugdunensi primo. – *10 Iunii 1945* . . . 204

II. *Per hos postremos annos.* – Ad Excmos PP. DD. Poloniae Archiepiscopos, Episcopos ceterosque locorum Ordinarios. – *29 Iunii 1945* 205

III. *Peculiari animi.* – Ad Emum P. D. Eliam tit. Sancti Marci S. R. E. Presbyterum Cardinalem Dalla Costa, dena sacerdotii lustra feliciter celebraturum. – *7 Iulii 1945* . . . 208

IV. *Sacerdotii plenitudinem.* – Ad Excmum P. D. Clementem Micara, Archiepiscopum tit. Apamenum in Syria, Nuntium Apostolicum in Belgio atque Internuntium Apostolicum Luxemburgensem, quina episcopatus lustra fauste impleturum. – *9 Iulii 1945* . 209

V. *Nous avons pris.* – Ad egregium virum Carolum Flory, Praesidem Coetus conventibus catholicorum «Semaines sociales» in Gallia apparandis. – *14 Juillet 1945* 210

ALLOCUTIO

Ad mulieres adscriptas Societatibus Christianis Operariorum Italicorum, die 15 mensis Augusti anno 1945, ex Italiae dioecesibus Romae coadunatas 212

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

Provisio Ecclesiarum 217

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I. *Taurinen.* – Decretum introductionis causae pro beatificatione Servi Dei Aloisii Balbiano, Sacerdotis saecularis, Vicarii Cooperatoris loci «Avigliana». – *23 Martii 1945* 219

II. *Rottenburgen.* – Decretum introductionis causae pro beatificatione Servi Dei Philippi Jeningen, Sacerdotis Professi Societatis Iesu. – *23 Martii 1945* 221

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis: Carthaginen. – Nullitatis matrimonii (Kugler-Villard). – *8 Augusti 1945* 224

An. et vol. XXXVII 25 Augusti 1945 (Ser. II, v. XII) - Num. 8

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIO APOSTOLICA

DE CHUMATIEN

PRAEFECTURA APOSTOLICA DE CHUMATIEN IN VICARIATUM APOSTOLICUM EVEHITUR.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Apostolicam de Chumatien Praefecturam, clero saeculari Sinensi commissam, indefesso constantique sacrorum operariorum zelo, Deo favente, non mediocre postremis hisce temporibus incrementum suscepisse et missionalia opera in illa valde floruisse laeto animo accepimus. Volentes itaque Nos iisdem evangelii praeconibus inibi adlaborantibus meritae laudis testimonium dare et animum simul addere ad novos maioresque in dies exantlandos labores, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacrae Congregationi de Propaganda Fide praepositorum consulto, lubenti animo annuendum censuimus venerabilis Fratris Marii Zanin, Archiepiscopi titularis Trajanopolitani in Rhodope, in Sinis Delegati Apostolici, precibus, quibus ab hac Apostolica Sede postulatum est Praefecturam illam Apostolicam de Chumatien in Apostolici Vicariatus gradum et dignitatem extolli. Suppleto igitur, quatenus opus sit, quorum intersit vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, re mature perpensa ac certa scientia, de apostolicae Nostrae potestatis plenitudine Apostolicam quam supra diximus Praefecturam in Vicariatum Apostolicum, iisdem servatis nomine et limitibus, erigimus

et constituimus; cui propterea eiusque pro tempore Vicariis Apostolicis omnia tribuimus iura, privilegia, honores et potestates, quibus ceteri per orbem Vicariatus Apostolici eorumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent, eosque pariter iisdem adstringimus oneribus et obligationibus quibus ceteri adstringuntur. Quae quidem, uti supra disposita et constituta, rata ac valida esse volumus et iubemus, contrariis quibuslibet minime obstantibus. Harum vero Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eamdem prorsus volumus haberi fidem, quae hisce Litteris haberetur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam evectionis, constitutionis, concessionis, statuti et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae, apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo quarto, die nona Novembris mensis, Pontificatus Nostri anno sexto.

Pro S. R. E. Cancellario
I. Card. GRANITO DI BELMONTE
S. Collegii Decanus

P. Card. FUMASONI BIONDI
S. C. de Propaganda Fide Praef.

Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*
Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXIX, n. 11 - Al. Trussardi.

LITTERAE APOSTOLICAE

SANCTUS ALFONSUS MARIA DE LIGORIO, E. D., AGRIGENTINAE CIVITATIS ET DIOECESIS PATRONUS AEQUE PRINCIPALIS CUM SANCTO GERLANDO EPISCOPO DECLARATUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Quod Venerabilis Frater Ioannes Baptista Peruzzo, Episcopus Agrigentinus, humiliter ad Nos retulit, ardenti nempe amore et devotione a clero populoque Agrigentino Sanctum Alfonsum de Ligorio excoli, gratum et iucundum Nobis fuit. Omnes enim e dioecesi Agrigentina nimium memores nimiumque grati

sunt peculiaris studii et amoris, quae Fundator Congregationis Sanctissimi Redemptoris civitati Agrigentinae praebuit, cum, adhuc in vivis, sodales suos illuc miserit atque dictae Congregationis domum in eadem civitate erigendam curaverit. Pietatem deinde et cultum erga Sanctum Alfonsum aluerunt et foverunt frequentes Missiones, quas sodales Congregationis Redemptoristarum variis in dioecesis oppidis in Dei gloriam animarumque bonum maximo cum populorum plausu habuerunt. Ardentem propterea ob animum cleri populique universae dioecesis Agrigentinae ut Sanctus Alfonsus eiusdem dioeceseos Compatronus declaretur et confirmetur, Antistes, quem laudavimus, enixas Nobis preces adhibuit ut piis huiusmodi optatis Nos benigne concedere dignemur. Peropportunum itaque Nobis videtur ut civitatis et dioecesis Agrigentinae Patronus constituatur hic quoque Sanctus, cum minime dubitemus quin ex hac proclamatione magnum christianae vitae incrementum in populo Agrigentino exspectari possit. Audito igitur Venerabili Fratre Nostro Carolo Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Salotti, Episcopo Praenestino et Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, omnibusque rei momentis attente perpensis, certa scientia ac matura deliberatione Nostris deque Apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum, Sanctum Alfonsum Mariam de Ligorio, Episcopum Confessorem et Ecclesiae Doctorem, civitatis et dioecesis Agrigentinae Patronum aeque principalem una cum Sancto Gerlando Episcopo confirmamus atque declaramus, adiectis omnibus honoribus et privilegiis liturgicis, Patronis principalibus civitatis et dioeceseos de iure competentibus. Contrariis quibuslibet minime obstantibus. Haec decernimus, edicimus, statuentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos spectant seu in posterum spectare poterunt nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter contigerit attentari.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die v mensis Iulii, anno MCMXXXXV, Pontificatus Nostri septimo.

De speciali Sanctissimi mandato
Pro Domino Cardinali a Secretis Status

DOMINICUS SPADA

EPISTULAE

I

AD EM̃UM P. D. PETRUM TIT. SSM̃AE TRINITATIS IN MONTE PINCIO PRESB. CARD. GERLIER, ARCHIEPISCOPUM LUGDUNENSEM AC VIENNENSEM ALLOBROGUM: SAECULO SEPTIMO EXEUNTE AB INDICTO CONCILIO LUGDUNENSI PRIMO.

PIUS PP. XII

Dilecte fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Cum septimum iam saeculum ad finem vergat, ex quo Decessor Noster fel. rec. Innocentius IV, «nobilis genere, sed vita nobilior, scientia praeclarus ac morum praeditus honestate»,[1] Concilium Lugdunense primum, ex oecumenicis tertium decimum, indixit ac praesens celebravit, laudabile vos novimus inivisse consilium eiusmodi faustum eventum digne commemorandi, qui quidem si Ecclesiae decori incrementoque fuit, at Galliae non minus honori vertit. Cum enim prudentissimus hic Pontifex Roma aufugeret ut suam et Apostolicae Sedis libertatem in tuto collocaret, Genuam primum, ac Lugdunum dein peregrinus petiit, ubi a clero populoque fuit honorificentissime exceptus; ibique habuit ut gravioribus christianae rei publicae necessitatibus consuleret, et ingruentia in catholicum nomen discrimina pro viribus removere vel componere eniteretur. Coacta siquidem oecumenica Synodo, et proculcata Ecclesiae iura invicto animo inibi tutatus est, et cleri populique disciplinam ad arctiorem rationem ad debitamque revocavit dignitatem, et sacrum denique bellum indixit sub Crucis signum suscipiendum. Quod quidem sacrum bellum, ut probe nosti, sanctissimus Galliae Rex Ludovicus IX, unus ex christianis Principibus, pio generosoque animo iniit, navalibus comparatis et instructis pedestribusque copiis, quibus Summi Pontificis ac Lugdunensis Concilii invitamento pro facultate responderet. Quodsi huic incepto non felix ille successit exitus, quem nobile Regis studium bonorumque omnium spes praestolabantur, non idcirco tamen Gallorum eorumque Principis animosa virtus minus inde refulsit, eorumdemque in Catholicam Ecclesiam et in Pontificem Maximum impensissima pietas et infragilis operosaque fidelitas.

Haec omnia, quae vobis in lucem referre ac proxime celebrare op-

[1] NICOLAUS DE CURBIO, *Vita Innocentii papae IV*, in STEPHANI BALUZII ... *Miscellanea* ... I. D. MANSI, t. I, 195.

portunum visum est, videntur Nobis non unam, in praesens etiam, habere intento commemorantibus animo utilitatem. Si hodie enim non eadem sunt, quae impendent, pericula, non eaedem, quibus occurrere oportet, necessitates, opus tamen est eodem exardescere omnes religionis caritatisque studio, eademque enitere in Dei Ecclesiaeque iuribus tuendis actuosa voluntate arctissimaque animorum coniunctione. At vos hac in re per has litteras adhortari veluti supervacaneum putamus; novimus enim exploratamque habemus, dilecte fili Noster, pastoralem alacritatem tuam, cui confidimus omnino ut crediti cleri populique par illa respondeat sollertia, quam gravissima haec tempora a bonis omnibus postulant. Nihil igitur aliud superest, nisi ut praesentissimum Dei auxilium supplici vobis prece imploremus, utque uberes et salutares vestris hisce celebrationibus ominemur fructus.

Quorum quidem auspex esto Apostolica Benedictio, quam paternae benevolentiae Nostrae testem, cum tibi, dilecte fili Noster, cunctoque tuis curis demandato gregi, tum iis omnibus, qui Lugdunum ad saecularem huiusmodi commemorationem celebrandam proxime convenerint, amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die x mensis Iunii, anno MDCCCCXXXXV, Pontificatus Nostri septimo.

PIUS PP. XII

II

AD EXCMOS PP. DD. POLONIAE ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS CETEROSQUE LOCORUM ORDINARIOS.

PIUS PP. XII

Venerabiles Fratres salutem et Apostolicam Benedictionem. — Per hos postremos annos, dum patria vestra, belli furore iterum iterumque vastata, tot ruinis, cladibus omneque genus miseriis affecta est, Nos, qui erga vos, ut nostis, paternum gerimus animum, maerores angoresque vestros eo vehementius participavimus, quo graviores eos noscebamus ac paene intolerabiles. Libertas vestra proculcata, animosa Polonorum iuventus mortis falce demessa; ingentes populi multitudines — infantium etiam, infirmorum ac senum — domo, agris domesticisque laribus deturbatae; urbes, oppida, castella diruta; Episcopi, sacerdotes ac devotae Deo virgines e suis sedibus abstracti et in teterrimis publicae custodiae locis detenti; ac denique collapsae sacrae aedes innumerae,

vel profanis usibus destinatae, haec omnia, Venerabiles Fratres, acerbissimum Nobis commoverunt dolorem. Idque eo vel magis, quod facultas Nobis dabatur fere nulla, ea vobis afferendi solacia, quae in asperrimis illis rerum adiunctis tantopere impertire vobis exoptabamus. Cupimus autem ut vobis omnino in comperto sit Nos occasionem umquam praeteriisse nullam, qua Nobis liceret malis vestris vel aliquantulum mederi: et cum deessent humanae opes, ad Patrem misericordiarum (cf. II Cor. I, 3) incensissimas admovisse preces, ut vellet ipse benignus superna luce supernaque gratia sua aerumnas vestras mulcere, lenire, et ad caelestia erigere.

Nihilo secius, ex afflictissimis etiam hisce rebus non deest Nobis a dilectissima quoque Natione vestra aliquid consolationis, quae Nostro ac vestro summo maerori temperat. Siquidem, quamvis catholici nominis osores tantopere allaboraverint ut christianam fidem christianosque mores funditus ac radicitus apud vos delerent — quae quidem fides, qui quidem mores, ut nostis, civilis societatis futuraeque prosperitatis vestrae infragile sunt ac tutissimum firmamentum — attamen, divino opitulante Numine, incassum eiusmodi cecidere nisus. Etenim quod vestra historia admonet, id, hac etiam aerumnosa aetate, Polonia iterum in sua luce posuit, gentem scilicet vestram avitae esse suae fidei retinentissimam, neque laboribus iacturisque parcere, ut eam in mente in vitaeque actione integram servet, ac veteres Ecclesiae glorias novis martyriis novisque fastis adaugeat. Qui igitur ex vobis per acti huius itineris acerbitates hoc temporis spatio cecidere, ii nedum vestrum minuant ac demittant animum, eum potius quam maxime addant, et ad illas etiam atque etiam excitent superandas evincendasque gravissimas difficultates, quae in posterum quoque procul dubio non deerunt.

Latissimus profecto vobis vestratibusque patet, Venerabiles Fratres, laboris campus; fere ab integro resumendum est opus; sed nihil volenti, nihil Deo fidenti difficile est; nihil est, quod apostolicum Episcoporum studium, quod impensa et indefatigabilis cleri vestri constantia, quodque animosa beneque obtemperans christifidelium navitas ad effectum nequeat, adspirante iuvanteque Numine, deducere. Supernum igitur a Deo est impetrandum auxilium, qui quidem, patriae vestrae luctus, ruinas, caedesque miseratus, illud vobis aliquando tribuet, ad quod assequendum humanae impares sunt opes.

Peculiari autem ratione contendite, Venerabiles Fratres, ut christianae doctrinae praecepta, aptiore quo detur modo, omnibus sive provectae sive tenellae aetatis impertiantur; ut erroris commenta, quae fucata veritatis specie novisque induta illecebris passim venditantur, ac

facile possunt populi decipere mentes, pro viribus arceantur, prohibeantur; utque potissimum a sacramentis rite susceptis supernae vitae omnes vim virtutemque hauriant, atque adeo ad pristinum decus eorum christiani reducantur mores. Ac nihil reliqui facite, pro prudentia ac sollertia vestra, quod ad paroecias valeat, tantopere in praesens concussas ac vastatas, ubique in suum redintegrandas ordinem; quod Actionis Catholicae agmina reviviscere apud vos ac iterumque florere iubeat; quod denique proborum hominum probarumque mulierum scripta, publice typis edita, opportune provehantur et quam maxime propagentur.

Neque pastorales curas vestras sacra Seminaria desiderent, « quorum cum statu — ut Decessor Noster fel. rec. Leo XIII iure meritoque asseverat — fortuna Ecclesiae coniungitur maxime » (Epist. *Paternae providaeque,* A. L. 1899, p. 194). Pateant ea iterum iis iuvenibus omnibus, qui divino quodam instinctu ad sacerdotalia vocantur capessenda munia; ibique iidem recte instituantur, riteque ad pietatem, ad doctrinam, ad religionis amplificandae studium conformentur.

At non est, Venerabiles Fratres, cur vos multis moremur; novimus enim fidem vestram, novimus prudentiam, novimus alacritatem. Superest igitur ut Divinum Pastorum Principem propitium vobis Nostris precibus conciliemus, ab eoque suppliciter contendamus, ut dilecta Nobis Polonia vestra concordibus filiorum suorum animis ac viribus, iterum ex ruinis recidiva ac renovata resurgat; e suisque vetustis memoriis gloriisque, quae catholicae religionis afflatu aluntur, christianorumque praeceptorum innituntur firmamento, auspicium sumat ad compagem suam libere feliciterque redintegrandam, efficiendamque recto ordine rectaque prosperitate fruentem.

Qua quidem fidenti spe freti, caelestium gratiarum auspicem, amantissimaeque voluntatis Nostrae pignus, cum vobis singulis universis, Venerabiles Fratres, tum carissimae Polonorum genti, Apostolicam Benedictionem perlibenter in Domino impertimus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXIX mensis Iunii, in festo Ss. Apostolorum Petri et Pauli, anno MDCCCCXXXXV, Pontificatus Nostri septimo.

PIUS PP. XII

III

AD EMUM P. D. ELIAM TIT. SANCTI MARCI S. R. E. PRESBYTERUM CARDINALEM DALLA COSTA, DENA SACERDOTII LUSTRA FELICITER CELEBRATURUM.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili Noster, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Peculiari animi iucunditate accepimus te in eo iam esse, ut dena ab inito sacerdotio lustra, adiuvante divina gratia, prospere feliciterque concelebres. Egregium sane illud munus, quod cum sacro ordine quinquaginta abhinc annos recepisti, ipse equidem, singulari nitens pietate atque alacritate, per diuturnitatem huiusce temporis ad praeclarum exemplum sustinuisti. In ipso autem flore iuventutis, concredita tibi munera sive humanas litteras in Seminario Vicentino docendi, sive animarum salutem variis gravibusque officiis persequendi, summa cura sollertiaque obiisti. Tibi praecipue cordi fuere et splendor ac magnificentia domus Dei et nobilissima caritatis opera, praesertim quum superius bellum Europaeum in tua regione maiore aestu saeviret. Postquam vero, episcopali auctus honore, Patavinae dioecesi es auspicato praepositus, sacrarum aedium fabricationem clericorumque Seminarii incrementum promovisti, publicis fidei religionisque significationibus eloquenti verbo et indefatigabili opere favisti, et, inter cetera, saecularia sollemnia Antoniana ad felicem exitum perduxisti. Denique, quum ad Florentinam istam augustam Sedem translatus es, Romanaque purpura decoratus, in latiore sane campo atque eminentiore sollicitudo tua pastoralis coruscavit. Neque silentio omnino praeterire possumus tot curas et labores, quibus iugiter incubuisti, tum ad Actionem Catholicam istic quoquo modo fovendam, tum ad novum Seminarium dioecesanum magnificenter aedificandum, tum denique ad recentis acerrimi belli calamitates et vulnera omni ope ac ratione delenienda. Quae quidem recte egregieque facta flagrantis tuae pietatis ac liberalitatis clarissima exstabunt monumenta. Quapropter, Dilecte Fili Noster, iucundam tuae faustitatis opportunitatem nacti, tibi de sacro munere tam diu sollerterque gesto publice vehementerque gratulamur, sollemniaque proxima benignissimo laetoque animo prosequimur. Quo interea sacri eventus celebratio salutarior populo tuo evadat, tibi facultatem libenter damus, ut, constituta die, post Sacrum pontificali ritu peractum, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenariam indulgentiam iisdem proponens, usitatis Ecclesiae condicionibus lucrandam. Divinorum interea donorum praenuntia et singularis Nostrae caritatis testis

sit Apostolica Benedictio, quam tibi, Dilecte Fili Noster, cunctoque clero ac populo tuae vigilantiae demandato amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die VII mensis Iulii, anno MDCCCCXXXXV, Pontificatus Nostri septimo.

PIUS PP. XII

IV

AD EXCMUM P. D. CLEMENTEM MICARA, ARCHIEPISCOPUM TIT. APAMENUM IN SYRIA, NUNTIUM APOSTOLICUM IN BELGIO ATQUE INTERNUNTIUM APOSTOLICUM LUCEMBURGENSEM, QUINA EPISCOPATUS LUSTRA FAUSTE IMPLETURUM.

PIUS PP. XII

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Sacerdotii plenitudinem atque dignitatem archiepiscopalem viginti quinque abhinc annos acceptam, proximo vertente mense Augusto, fauste esse te celebraturum libenti Nos animo intelleximus. Ex quo enimvero in Antistitum sacrorum ordinem adlectus es, praeclaro Nuntii Apostolici munere, antea in Republica Cechoslavica, deinde in Regno Belgico, constanti fidelitate Romani Pontificis gessisti personam. Egregia sane pietate atque humanitate nitens, singulari morum suavitate praeditus, in obeundis negotiis omnium existimationem tibi comparasti. Quod si hisce prostremis annis, ob infandi belli vicissitudines, in ista sede permanere non potuisti, diligentem utilemque operam tuam in ipsis Aedibus Vaticanis Apostolicae Sedi contulisti. Quare Nos commodam nacti opportunitatem, de proxima sacri eventus faustitate ex animo tibi gratulamur, simulque saluberrima dona ac solacia a Deo impensa prece ominamur. Quo autem sollemnia proxima maiorem animarum utilitatem praebere queant, tibi libenter facultatem damus, ut, praestituta die, post Sacrum pontificali ritu peractum, adstantibus fidelibus nomine Nostro Nostraque auctoritate benedicas, plenariam indulgentiam iisdem proponens, ad Ecclesiae praescripta lucrandam. Caelestis interea praesidii in auspicium, inque peculiaris Nostrae caritatis pignus, Apostolicam Benedictionem tibi, Venerabilis Frater, tuisque coniunctis, amicis laborumque sociis amantissime in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die IX mensis Iulii, anno MDCCCCXXXXV, Pontificatus Nostri septimo.

PIUS PP. XII

V

AD EGREGIUM VIRUM CAROLUM FLORY, PRAESIDEM COETUS CONVENTIBUS CATHOLICORUM « SEMAINES SOCIALES » IN GALLIA APPARANDIS.

PIUS PP. XII

Nous avons pris un tout particulier intérêt à l'ample exposé, dont vous Nous avez fait le filial hommage, concernant les Semaines Sociales de France, qui, après une longue et douloureuse parenthèse, s'apprêtent à renouer leurs méritantes traditions. Et d'abord Nous ne pouvions que compatir grandement au deuil qui vous a frappés, par la très douloureuse perte du Président Eugène Duthoit. La disparition de ce grand chrétien et de ce professeur émérite ne pouvait manquer d'être vivement ressentie par l'Université Catholique de Lille et par les Semaines Sociales. Nous tenons à vous dire combien Nous y avons Nous-même été sensible, ayant eu plus d'une occasion d'apprécier notamment le profond esprit de foi et le sincère dévouement au Saint-Siège qui animaient l'illustre disparu.

La Providence, en vous appelant à lui succéder au lendemain d'un cataclysme sans précédent, vous confie une haute et grave mission pour le succès de laquelle Nous prions de tout cœur l'Esprit Saint de vous guider et de vous inspirer.

C'est en effet à une entreprise ardue, à une profonde et solide reconstruction de la société, que l'institution des Semaines Sociales va être appelée à apporter sa précieuse collaboration. Cette immense tâche, sous peine de faillite, devra procéder selon une inspiration et un plan qui se réclament des imprescriptibles enseignements de l'Evangile et des salutaires applications, que, par vocation divine, le magistère pontifical ne cesse d'en faire aux diverses situations de temps et de lieux. Et c'est bien aussi ce qu'entend exprimer, en raccourci, le sujet de vos prochaines assises toulousaines : « Transformations sociales et libération de la personne ». Car il n'est que trop vrai que, en France comme en tous autres pays, les circonstances de l'après-guerre font surgir, avec une rare acuité, des besoins et des aspirations pressantes, auxquels on serait mal venu, d'ailleurs, de refuser toute légitimité.

Pour Notre part, Nous Nous sommes fait un devoir, au fort même des hostilités, d'avertir les peuples et leurs chefs qu'après de pareils bouleversements, ils auraient à édifier un ordre économique et social plus adéquat à la fois aux lois divines et à la dignité humaine, unis-

sant les postulats de la vraie équité et les principes chrétiens dans une étroite intimité, seule garante de salut, de bien et de paix pour tous. Complexes et formidables problèmes, que Nos radio-messages et Nos allocutions ont abordés à maintes reprises, pour indiquer dans quel esprit et suivant quelle orientation ils devront être résolus. Comment, en effet, après de si dures années de souffrances, d'angoisses et de misères, les hommes n'attendraient-ils pas à bon droit une profonde amélioration de leurs conditions d'existence? De là, ces projets de réorganisation du monde du travail, ces perspectives de réformes de structure, ce développement des notions de propriété et d'entreprise, parfois envisagés dans la précipitation passionnée et la confusion doctrinale, mais qu'il faudra confronter avec les normes indéclinables de la raison et de la foi, telles que l'enseignement de l'Eglise a mission de les dégager. C'est seulement ainsi que la personne humaine, trop souvent opprimée, pourra recouvrer la plénitude de sa dignité dans l'accomplissement même de ses obligations, sans jamais pourtant se départir du souverain souci de faire équitablement leur part à tous les ayant-droits, où qu'ils soient, et de respecter les exigences de la justice en quelque camp qu'elles se trouvent.

C'est donc, en dernière analyse, comme vous l'avez très bien inscrit en tête de votre programme, à la libération de la personne humaine, que tout doit tendre et converger. C'est elle que Dieu a placée au faîte de l'univers visible, la faisant, en économie comme en politique, la mesure de toutes choses. Et l'on peut à cet égard appliquer très opportunément ici la parole de Saint Paul : « Tout est à vous, mais vous êtes au Christ, et le Christ est à Dieu ».[1]

Nous ne doutons pas que les Semaines Sociales de France, en ce qui les concerne, ne travaillent ainsi ardemment, mais en toute circonspection, à l'avancement vers cette plus grande justice sociale, dont doivent avoir faim et soif les vrais disciples du Christ. Devant les graves dangers que font courir à la reconstruction du monde les prétentions athées et antichrétiennes, Nous Nous plaisons à considérer en vous les hérauts et les membres d'élite de cette Action catholique et sociale, d'où sortiront les bons architectes du nouvel édifice. Vous trouverez d'ailleurs, dans l'illustre métropole languedocienne, pour inspirer et diriger vos travaux, un Archevêque, dont le cœur aussi charitable que vaillant a porté, bien au-delà des frontières du diocèse, son renom de Chef et de Pasteur. Nous ne laissons pas, quant à Nous, de prier le Père

[1] *1 Cor.* III. 23.

des lumières d'éclairer et de féconder une entreprise si importante. Et pour mieux attirer sur la Semaine Sociale de Toulouse les grâces d'En-Haut, Nous envoyons à tous, et d'abord au vénéré Monseigneur Saliège, à son excellent Auxiliaire et aux membres de la Hiérarchie, qui vous guideront dans vos labeurs, ainsi qu'à cette couronne de professeurs et conférenciers distingués qui s'empresseront autour de leur nouveau Président, enfin à cette nombreuse et fervente phalange d'assistants et d'amis, la Bénédiction Apostolique.

Du Vatican, le 14 juillet 1945.

PIUS PP. XII

ALLOCUTIO

Ad mulieres adscriptas Societatibus Christianis Operariorum Italicorum, die 15 mensis Augusti anno 1945, ex Italiae dioecesibus Romae coadunatas.

Assai numerose vi siete stamane qui adunate intorno a Noi, dilette figlie, bramose di attestarCi la vostra incrollabile adesione alle verità della fede cattolica e il vostro filiale omaggio al Vicario di Cristo. Con intimo compiacimento Noi vi salutiamo nel nome di Colei, che è la gloria, l'allegrezza, l'onore di tutte le donne, la Santissima Vergine e Madre di Dio Maria, la cui Assunzione al Cielo la Chiesa oggi solennemente festeggia. Assunzione di Maria in corpo e in anima al Cielo! Ciò significa conseguimento del fine, termine, ultimo compimento, giubilo, beatitudine «che non le sarà tolta».[1] Noi tutti, dilette figlie, camminiamo verso il nostro fine supremo con salda fede e fervida speranza, ma non lo abbiamo ancora raggiunto; ancora andiamo raminghi nella realtà terrena, in questa realtà così dura e angosciosa. Perciò voi desiderate di udire dal Nostro labbro una parola che vi sia di guida e di conforto, affinchè non abbiate a venir meno lungo la via, ma possiate giungere sicure alla meta agognata.

Noi Ci proponiamo, piacendo al Signore, di parlare in una prossima occasione intorno alla condizione e ai doveri della donna nella vita odierna. Ma ci preme di esporre a voi, lavoratrici cattoliche, fin da oggi alcune brevi e semplici considerazioni, che debbono regolare la vostra condotta a riguardo della famiglia, della vita pubblica e della Chiesa.

[1] Luc. 10, 42.

La lavoratrice e la famiglia

La donna è il cuore della famiglia: la cura della casa, in cui ella è regina, costituisce il centro e la palestra dell'attività sua principale. Ma in quest'ordine di cose l'industria coi suoi portentosi progressi ha portato una trasformazione senza precedenti nella storia della civiltà umana. Essa — voi ben lo sapete — ha tratto a sè una notevole parte dei lavori domestici, spettanti per natura alla donna, e viceversa ha obbligato grandi moltitudini del mondo femminile ad uscire dal focolare domestico e a prestare l'opera loro nelle fabbriche, negli uffici e nelle aziende. Non pochi deplorano un tale cambiamento; ma esso è un fatto compiuto, dal quale è al presente impossibile di recedere.

Noi abbiamo già altre volte indicato le profonde ripercussioni che una tale trasformazione ha prodotto nel popolo italiano. Poichè qui, forse più che in altri Paesi, la tradizionale limitazione dell'attività femminile nella cerchia della famiglia era un elemento fondamentale della sanità e della moralità pubblica, di guisa che quel mutamento ha potuto prendere l'aspetto di un vero rivolgimento sociale.

Quale è dunque il vostro dovere in tale condizione? Fate che, ora più che mai, la famiglia sia il santuario della vostra vita. Quelle fra voi che non sono maritate rimangono, generalmente, nell'intimità della casa paterna. Esse dedicano volenterose il loro guadagno e le ore libere in primo luogo ai loro cari — genitori, fratelli, sorelle —, anche se ciò importa la rinunzia a una vita più indipendente e ai piaceri, a cui tante loro compagne spensieratamente si abbandonano. Qui si tratta, dilette figlie, di nuotare contro corrente, per rimaner fedeli a un dovere cristiano. Ma l'adempimento di questo dovere vi procurerà la felicità e la pace del cuore e attirerà sul vostro avvenire, come pioggia primaverile, le benedizioni del Cielo.

Ed ora a quelle fra voi che sono già spose e madri diciamo: Ci è ben noto come sia arduo di soddisfare, con fedeltà verso la legge di Dio, ai doveri di lavoratrice in una pubblica azienda e in pari tempo a quelli di madre di famiglia, nè ignoriamo che molte non resistono e si spezzano alla tensione che da quel duplice ufficio deriva. Gli sforzi della Chiesa a favore di un salario sufficiente al sostentamento dell'operaio e della sua famiglia avevano ed hanno appunto anche lo scopo (spesso ben difficile a conseguirsi) di ricondurre la sposa e la madre alla sua propria vocazione nel focolare domestico.

Che se anche voi, dilette figlie, dovete guadagnare il pane quotidiano nelle fabbriche o nelle aziende, date, nelle ore che vi restano per la casa,

al vostro marito e ai vostri figli con raddoppiato fervore il conforto del buon esempio, delle cure affettuose, dell'amore costante. Fate che la vostra dimora divenga, per usare la espressione dell'Apostolo S. Paolo, un luogo di «vita tranquilla e quieta, con tutta pietà e dignità».[2] sempre mosse dal proposito di assicurare voi stesse con animo consapevole alla vostra famiglia quei salutari effetti, che le antiche consuetudini cristiane, ora dileguantisi, quasi inconsapevolmente operavano. Dalla santificazione delle feste, dalla devota assistenza al santo Sacrificio della Messa, dalla frequenza alla Mensa eucaristica, attingerete il coraggio nella professione della vostra fede, la generosa longanimità nelle traversie e nelle contrarietà della vita, la forza per mantenere la purità della mente e dei costumi, la fedeltà coniugale, l'amore materno presto ad ogni rinunzia, e soprattutto abbonderà la grazia di Gesù Cristo in voi, nella vostra famiglia, nelle vostre compagne di lavoro, affinchè la rettitudine e la lealtà, il rispetto del diritto e della dignità altrui e la prontezza dello scambievole aiuto siano le qualità caratteristiche dei vostri mutui rapporti.

La lavoratrice e la vita pubblica

Ciò che Noi dicemmo nell'Udienza dell'11 Marzo passato alle Associazioni cristiane dei lavoratori italiani intorno ai loro diritti e doveri nella vita pubblica, vale anche per voi, dilette figlie. Ci restringeremo perciò a toccare qui due punti.

In primo luogo, non abbiamo bisogno di ricordare a voi, che avete larga esperienza nelle cose sociali, come la Chiesa abbia sempre sostenuto il principio che alla lavoratrice è dovuta per la stessa prestazione d'opera, a parità di rendimento, anche la stessa mercede che al lavoratore, e come sarebbe ingiusto e contrario al bene comune lo sfruttare senza riguardo il lavoro della donna, soltanto perchè si può avere a minor prezzo, con danno non solo della lavoratrice, ma anche del lavoratore, che si esporrebbe così al pericolo della disoccupazione.

Parimenti è appena necessario di rammentarvi che, quando si tratta dei fondamenti morali della famiglia e dello Stato, dei diritti di Dio e della Chiesa, tutti, uomini e donne, di qualsiasi classe o condizione, sono strettamente obbligati a far uso dei loro diritti politici, al servigio della buona causa.

Una cosa però vi raccomandiamo particolarmente. In Italia, come è noto, fu costituito il Sindacato unico, a cui aderirono anche i cattolici, sebbene questi fossero consapevoli non soltanto degli sperati vantaggi.

[2] *1 Tim.* 2, 2.

ma altresì dei pericoli che esso avrebbe potuto presentare. Nella sua fondazione fu espressamente riconosciuto l'altissimo valore dell'influsso che il soffio della spiritualità evangelica avrebbe esercitato nell'opera della Confederazione. Questa confortevole previsione si è forse avverata? Non oseremmo affermarlo. Ad ogni modo, niuno più di voi, lavoratrici cattoliche, è chiamato a far sì che le belle parole allora pronunziate non rimangano un suono vano e sterile, che i venti delle passioni politiche ben presto disperdono, ma siano veramente la forza illuminatrice e tutrice dell'attività sindacale. Con quel coraggio e quella fiducia, che è vanto della giovane generazione delle lavoratrici, abbiate cura a ciò che il Sindacato non devii dal campo suo proprio e non sia tramutato in strumento di lotta di classe o d'interessi di partito.

La lavoratrice e la Chiesa

Questo terzo punto, a cui egualmente abbiamo già altre volte accennato, si può compendiare con le parole: La Chiesa è l'Avvocata, la Patrona, la Madre del popolo lavoratore. Chi volesse affermare il contrario ed elevare artificiosamente un muro divisorio fra la Chiesa e il mondo del lavoro, verrebbe a negare fatti di evidenza luminosa.

Si gloriari oportet, diremo con S. Paolo.[3] Chi può mostrare un programma sociale, così solidamente fondato, così ricco di contenuto, così vasto e al tempo stesso così proporzionato e giusto, come quello della Chiesa cattolica? Chi, dacchè esiste un proletariato dell'industria, ha come la Chiesa combattuto in lotta leale per la difesa dei diritti umani dei lavoratori? In lotta leale: perchè è azione a cui la Chiesa si sente obbligata dinanzi a Dio dalla legge di Cristo. In lotta leale: non per eccitare l'odio di classe, ma per garantire al ceto degli operai una condizione sicura e stabile, di cui altri ordini del popolo già godevano, e affinchè la classe dei lavoratori entrasse a far parte della comunanza sociale con eguali diritti degli altri suoi membri.

Visitate i Paesi, ove la Chiesa cattolica può vivere ed agire liberamente, anche se i suoi fedeli, come per esempio negli Stati Uniti d'America, nel Canada, in Inghilterra, sono soltanto una minoranza; penetrate colà nelle grandi agglomerazioni della vita industriale; non vi troverete alcuna traccia di contrasto fra la Chiesa e il mondo del lavoro. Anche nella Germania anteriore al 1933 — vale a dire prima dell'inizio del regime nazionalsocialista — le organizzazioni sociali cattoliche nei più potenti baluardi dell'industria — Noi pensiamo soprattutto al Reno e alla Ruhr — rappresentavano una forza altamente be-

[3] *2 Cor.* 11, 30.

nefica, non meno per la protezione dell'operaio, che per un giusto ed equo accomodamento dei conflitti economici. Solamente là ove la Chiesa è oppressa e impedita di lavorare e di vivere, il popolo ignaro può essere indotto a credere alla inimicizia di lei verso i lavoratori.

Lavoratori e lavoratrici d'Italia, figli di una patria e di una civiltà, sovrabbondante, se altra mai, d'incontri e di contatti fra la Chiesa e il popolo, ove il pensiero cattolico attraverso i secoli è così profondamente penetrato nella coscienza e nella vita delle popolazioni, ove la *Ecclesia Mater* ha una così mirabile risonanza, in cui i tempi remoti armonicamente si fondono col vivo presente, non lasciatevi ingannare o traviare da nessuna sleale propaganda! Pensate anche agli ultimi anni dell'atrocissima guerra! Vi ha forse la Chiesa abbandonati? Non sono rimasti uniti la Chiesa e il popolo? Il popolo che soffriva, e la Chiesa che ha voluto e spesso efficacemente potuto venire in suo soccorso?

Ma con voi, dilette figlie, non abbiamo bisogno d'insistere su queste verità. Voi le conoscete e con santo orgoglio seguite il vessillo sociale della Chiesa. La vostra presenza intorno a Noi è una chiara testimonianza che voi sperate e attendete il rinnovamento della società soltanto da Cristo, dal suo spirito e dal suo amore.

Rimanete fedeli alle vostre convinzioni. Professatele coraggiosamente e portatele, per quanto dipende da voi, fino alle loro ultime conseguenze. In un tempo apocalittico come il nostro, hanno autorità e valore unicamente gli animi integri, rettilinei, risoluti; soltanto essi riescono a superare ogni ostacolo, a tirare gli altri dietro a sè. E voi avete dalla vostra parte e a presidio vostro Dio, la verità, l'eternità.

Dilette figlie! non possiamo chiudere questo Nostro discorso senza elevare a Dio Onnipotente le più fervide azioni di grazia per la cessazione del conflitto mondiale, al cui annunzio, in questo giorno sacro a Maria, i vostri cuori particolarmente sensibili e tanto a lungo martoriati di donne, di spose, di madri, di sorelle, di fidanzate, hanno dovuto, pur se colpite già da lutti e da angosce, consolati esultare. Sono cessati gli eccidi mostruosi, le stragi orrende, le distruzioni immani; cessi anche ogni senso di odio, ogni ambizione di dominio, ogni arroganza di forti, ogni oppressione di deboli, e risorga il mondo a novella vita in una pace di verità e di giustizia, che renda tranquilli e affratellati popoli e nazioni!

Con tali sentimenti e nel ringraziarvi per la letizia che Ci hanno arrecato la vostra venuta, i vostri voti, i vostri propositi, invochiamo su di voi, sulle vostre famiglie, sui vostri lavori, i più abbondanti favori celesti, in auspicio dei quali v'impartiamo di gran cuore la Nostra paterna Apostolica Benedizione.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

PROVISIO ECCLESIARUM

Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesias de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

die 24 Februarii 1945. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Marcianopolitanae praefecit Exc. P. D. Aloysium Le Hunsec, hactenus Episcopum titularem Europensem.

die 2 Maii. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Euchaitenae R. D. Octavium Antonium Beras, parochum cathedralis Ecclesiae Sancti Dominici, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Richardi Pittini, Archiepiscopi S. Dominici.

— Titulari episcopali Ecclesiae Arcadiensi R. P. Philippum Gallego, e Societate Iesu, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Richardi Pittini, Archiepiscopi S. Dominici.

die 19 Maii. — Cathedrali Ecclesiae Pembrokensi, R. D. Gulielmum Smith, Cancellarium dioecesis Alexandrinae in Ontario.

— Titulari episcopali Ecclesiae Phoeniciae, Exc. P. D. Carolum Leonem Nelligan, hactenus Episcopum Pembrokensem.

die 2 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Tabasquensi R. P. Iosephum a Iesu Angulo Del Valle, eiusdem Ecclesiae Administratorem Apostolicum.

die 25 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Gurcensi, R. D. Iosephum Köstner, ex eadem Dioecesi Gurcensi.

die 30 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Piracicabensi, noviter erectae, Exc. P. D. Ernestum di Paula, hactenus Episcopum Jacarezinhoensem.

die 3 Iulii. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Nicopolitanae in Epiro, Exc. P. D. Valentinum Dymek, hactenus Episcopum Madytensem.

die 6 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Huancayensi, noviter erectae, Exc. P. D. Leonardum Iosephum Rodriguez, hactenus Episcopum titularem Isindensem.

— Cathedrali Ecclesiae Tacnensi, noviter erectae, R. D. Carolum Albertum Arce Masias, parochum ecclesiae Sacro Cordi Iesu dicatae, in civitate Limana.

— Cathedrali Ecclesiae Huancavelicensi, noviter erectae, R. P. Albertum Dettmann y Aragon, Ordinis Fratrum Praedicatorum.

die 8 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Tornacensi Exc. P. D. Stephanum Carton De Wiart, hactenus Episcopum titularem Taianum.

— Titulari episcopali Ecclesiae Abilenae Lysaniae Exc. P. D. Aloysium Delmotte, hactenus Episcopum Tornacensem.

die 10 Iunii. — Cathedralibus Ecclesiis Fabrianensi et Mathelicensi, aeque principaliter unitis, Exc. P. D. Lucium Crescenzi, hactenus Episcopum titularem Pharsalium.

die 17 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Ariminensi Exc. P. D. Aloysium Santa, hactenus Episcopum titularem Metelitanum.

— Cathedralibus Ecclesiis, aeque principaliter unitis, Calvensi et Theanensi R. D. Vincentium Bonaventuram Medori, Canonicum Poenitentiarium Capituli cathedralis Balneoregiensis.

die 21 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Euroeensi in Epiro R. D. Aetium Barbieri, Rectorem Seminarii Pisani, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Gabrielis Vettori, archiepiscopi Pisani.

die 25 Iulii. — Cathedralibus Ecclesiis, aeque principaliter unitis, Tarquiniensi et Centumcellarum R. D. Iulium Bianconi, Canonicum Capituli S. Mariae ad Martyres in Urbe.

die 9 Augusti. — Cathedrali Ecclesiae Marsorum R. D. Dominicum Valerii, parochum oppidi « Montorio al Vomano », in dioecesi Aprutina.

die 11 Augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Zabensi R. D. Iosephum Halsall, Pro-Rectorem Collegii *Beda* in Urbe, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Richardi Downey, Archiepiscopi Liverpolitani.

die 14 Augusti. — Cathedrali Ecclesiae Oliveirensi, noviter erectae, R. D. Iosephum Medeiros Leite, parochum oppidi « Itapecerica », in archidioecesi Bellohorizontina.

die 21 Augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Pharsaliae, R. D. Gulielmum Scully, sacerdotem archidioecesis Neo-Eboracensis, Antistitem Urbanum, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Edmundi Gibbons, Episcopi Albanensis in America.

— Titulari episcopali Ecclesiae Metelitanae, R. D. Ioannem Treacy, Protonotarium Apostolicum *ad instar*, Moderatorem Pontificii Operis a Propagatione Fidei in dioecesi Clevelandensi, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Iosephi Mac Gavick, Episcopi Crossensis.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

TAURINEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI ALOISII BALBIANO, SACERDOTIS SAECULARIS, VICARII COOPERATORIS LOCI « AVIGLIANA ».

SUPER DUBIO

An signanda sit commissio Introductionis Causae, in casu et ad effectum de quo agitur.

Venerabilis Dei Servus Antonius Chevrier, asyli « La Providence » du Prado et Societatis Presbyterorum Pradensium fundator, sacerdotalis vitae munia sic adumbrat: « Sacerdos nusquam alibi, quam in « altari, in pulpito, in exedra ad confessiones excipiendas, apud pauperes « atque infirmos inveniri debet; si vero secus, nota carpetur ». Et alibi: « Nos cum profanis, nisi necessitate compulsi, aut ad eorum salutem « curandam permoti, consuetudinem habere non debemus » (Pos. sup. virt., p. 296-7).

Servus Dei Aloisius Balbiano, insigne Taurinensis Cleri ornamentum ac decus, omnia saeculi oblectamenta aspernatus, haec ad amussim servans, totam vitam in Dei gloriam atque in animarum salutem, nil sibi reservans, perfecte impendit, uti mox aperiemus.

In oppido « Volvera » in Taurinensi Archidioecesi e Gaspare Balbiano ac Teresia Sclaverani, die 25 Augusti a. 1812 natus est Ioannes Aloisius eodemque die sacris baptismi aquis est ablutus. Pie ac diligenter a parentibus educatus eorumque curis optime respondens, ecclesiasticae vocationis germina mature persensit. Quare in Archiepiscopale Seminarium in oppido « Giaveno » fuit admissus, ubi in servanda disciplina, in pietate fovenda atque in studiis diligenter excolendis ad exemplum eluxit.

Die 21 Maii a. 1837 Sacerdotio auctus Vicarii Cooperatoris munus sibi concreditum in pago « Avigliana » suscepit eoque sine intermissione ad mortem usque functus est. Iamvero ita in officio suo fuit atque adeo perfecte omnia sacerdotalia munia adimplevit, ut sexaginta post annos ab eius obitu viva adhuc in populo benefactorum ac virtutum eius memoria perseveret. Et merito quidem; Aloisius enim incomparabili animi demis-

sione duobus parochis omnimodam oboedientiam praestitit; quin immo post prioris parochi obitum, noluit in eius locum suffici, sed, humillimus quum esset, se hoc munere indignum existimans, licet laudabiliter paroeciae administrationem, vacante sede, tenuisset, in eodem viceparochi officio sub novo parocho, aetate multo sibi minore, permanere maluit.

Quomodo autem in hoc officio exercendo se gesserit, unanimis est testium consensus eius merita celebrantium. Deponunt enim ipsum assiduum fuisse in christiana catechesi publice ac privatim docenda, in fidelium confessionibus audiendis atque in verbo Dei tam efficaciter praedicando, ut populus ad meliorem frugem se reciperet, odia extinguerentur, christianique mores instaurarentur. Iidem testantur Aloisium quidquid lucrifaceret, aut quomodocumque sibi perveniret, pauperibus illico largiri, necessariis quoque sibi denegatis, aegrotis assistere, eosque ad mortem sancte obeundam tam mira industria parare, ut obstinatiores quoque mollirentur atque ad paenitentiam flecterentur. Proximorum famae observantissimus, nullum obtrectationis verbum ex suo ore prodire sivit. Ob eumdem erga proximos amorem, urbanitatis officiis semper satis fecit. Haec, quae, speciminis gratia tantum, narravimus atque cetera, quae in populi aedificationem externe manifestabantur, ex intima eius animi sanctitate procedebant. Porro orationi maxime studebat, quodque a reliquis sui officii occupationibus supererat temporis, totum orando extrahebat. Hinc summa in sacro faciendo devotio; hinc maxima in divino officio recitando diligentia; hinc assidua divinorum meditatio, in qua veluti a sensibus abstrahi visus est.

Quas virtutes videtur Dominus supernaturalibus donis rependisse.

Laboribus paenitentiisque fractus, die 22 mensis Martii a. D. 1884, divinis sacramentis refectus, pretiosam in conspectu Domini mortem oppetiit, universo populo Avilianensi ac viciniae complorante eumque sanctum conclamante.

Annis 1931-34 in Taurinensi Curia, Archiepiscopali auctoritate constructi sunt processus super sanctitatis fama, scriptis atque oboedientia urbanianis decretis de cultu Servis Dei non praestando atque Urbem delati.

Interim Summo Pontifici Pio XII plures oblatae sunt litterae, huius Servi Dei beatificationis causae Introductionem postulantes, inter quas duorum S. R. E. Cardinalium, totius Pedemontanae regionis Archiepiscoporum ac Episcoporum in unum collectorum, aliorumque sacrorum Antistitum, Generalium Ordinum seu Congregationum Moderatorum, Metropolitani Taurinen. Capituli, eiusdem archidioecesis parochorum aliorumque.

Scriptis perpensis, S. R. C. die 27 Novembris a. 1937 decretum edidit, ex quo constat nil obstare, quominus ad ulteriora procedi posset.

Omnibus itaque ad iuris normam comparatis, instante Revmo P. Benedicto Lenzetti O. P., causae Postulatore rite constituto, die 13 mensis Martii anni huius, in Ordinario Sacrae huius Congregationis coetu, Emus ac Revmus Cardinalis Raphaël Carolus Rossi dubium proposuit discutiendum : *An signanda sit commissio Introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur,* atque de eo retulit. Emi ac Revmi Cardinales, relatione hac, nec non Officialium Praelatorum ac R. P. D. Salvatoris Natucci, Fidei Promotoris generalis, suffragiis auditis, rescribere censuerunt : *Affirmative,* nimirum, *Signandam esse commissionem, si Ssmo placuerit.* Die autem 23 eiusdem mensis, subscripto Cardinali referente, Ssmus D. N. Pius Pp. XII, rescriptum Emorum Patrum ratum habens, *commissionem Introductionis Causae Servi Dei Aloisii Balbiano* sua manu subsignare dignatus est.

Datum Romae, die 23 Martii a. D. 1945.

✠ C. Card. Salotti, Ep. Praen., *Praefectus*

L. ✠ S.

A. Carinci, *Secretarius.*

II

ROTTENBURGEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVI DEI PHILIPPI JENINGEN, SACERDOTIS PROFESSI SOCIETATIS IESU.

SUPER DUBIO

An signanda sit Commissio Introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur.

« Praecipuus Societatis Iesu finis, ita Gregorius XIII, catholicae « est Religionis defensio ac propagatio, animarumque in christiana vita « et doctrina profectus. Ad quem finem Spiritus Sanctus ... media quo- « que praedicationum ac cuiusque ministerii verbi Dei, doctrinaeque « christianae et spiritualium exercitiorum, aliorum item caritatis operum « et sacramentorum administrationis accommodavit. Ad quae sufficienter « et pro dignitate praestanda, difficultates superandas, periculaque « adeunda, necesse est, ut Religiosi ipsi talia obituri, magno virtutis et devotionis praesidio muniantur, quod illis gratia in primis Omnipo-

« tentis Dei simulque educatio ipsa, longa item in Societate probatio nec « non regularum et constitutionum observantia praestare noscuntur » (Const. *Ascendente Domino,* 25 Maii 1584).

Servus Dei Philippus Jeningen inter insigniores Sodales huius optime de Ecclesia meritae Societatis est adnumerandus, qui in verbum Dei incessanter praedicandum, in sacramenta administranda atque in alia sacra ministeria, totam vitam ad mortem usque impendit, uberrimos referens fructus in salutem animarum, uti mox declarabimus.

Anno 1642 in civitate Eistettensi, Bavariae ditionis, ex Nicolao Jeningen aurifice, huius civitatis praefecto, et Anna Maria, quartus ex undecim filiis, Ioannes Philippus natus est, qui lustralibus sacri baptismi aquis die 5 Ianuarii fuit ablutus.

Humaniorum litterarum curriculo in patria emenso, in Ingolstadtensi universitate philosophiae operam dedit, ubi Magistri titulum adeptus est; ibidem quoque theologicis disciplinis operam navare incepit. In Societatem Iesu a. 1663 admissus, maiori nisu totum se perfectionis studio dedidit eoque successu, ut senioribus ipsis in exemplum eluceret. Simplicibus votis nuncupatis, magisterio fuit addictus, ac postea theologiae studium resumpsit, quod a. 1672 complevit, eodemque anno die 11 Iunii ad sacrum Presbyteratus ordinem est promotus. Tertio probationis anno absoluto, pueros docendi munus aliaque minora officia ei fuerunt concredita usque ad annum 1680. Interim quatuor sollemnia Societatis vota nuncupavit.

Etsi pluries a Superioribus petierat ut ad evangelizandos infideles mitteretur, sui voti compos, ob tenuem valetudinem, non fuit factus.

Ad urbem « Ellwangen » missus, ibi ad mortem usque permansit, multiformis sacris ministeriis impensissime distentus, praecipue in beatae Mariae Virginis Lauretanae sanctuario, voto et opera Praepositi noviter erecto, ad quod frequentes peregrinantium fidelium turmae accurrebant.

Verum missionalis zelus, quo vehementer animus eius inflammabatur, non poterat in eius pectore contineri: quapropter in sacris expeditionibus fere totam contrivit aetatem, in quo ministerio centum saltem loca peragrans, spatia caritatis dilatavit ingentesque animarum manipulos Christo valuit offerre.

Innumeros apostatas a fide atque haereticos in Ecclesiae sinum reduxit, plurimos in fide confirmavit et ad viam christianae perfectionis allexit.

Efficax quidem erat eius verbum, longe autem efficacior eius vivendi ratio. Virtutum enim omnium exempla praebebat, quae non modo fideles, sed etiam Dei inimicos, cogebant eum virum sanctum agnoscere aut sal-

tem revereri; in qua sententia hi confirmati videntur a carismatibus, quibus a Deo ditatus Servus Dei ferebatur.

Quoniam autem hunc apostolatum in illa praesertim regione exercuit, quae Rhaetia dicitur, *Rhaetiae Apostolus* merito fuit nuncupatus.

Laboribus ac poenitentiis fractus, die 8 Februarii anno 1704 Ecclesiae sacramentis refectus, placidissime animam Deo reddidit, annos natus sexagintaduos.

Sanctitatis fama ad nostra usque tempora viguit, atque frequens ad eius sepulcrum populus accedit, eius patrocinium implorans.

Paucis annis post Servi Dei obitum, coeperunt Actores documenta colligere ut canonicae inquisitiones fierent; verum pluribus de causis formalis processus non potuit construi nisi a. 1901. Constituta a Pio Papa XI fel. rec. in hac S. Congregatione Sectione historica, huic munus demandatum est collecta excipiendi ab Actoribus aliaque colligendi documenta atque de eorum probandi vi Sacrae Congregationi referendi, uti feliciter factum est. Sanctitatis famae perseverantiam plures quoque Postulatoriae Litterae comprobant, quas Germaniae Cardinales, Archiepiscopi, Viri principes eorumque Familiae Summo Pontifici obtulerunt, ut huius Servi Dei causae Introductionem implorarent.

Anno 1906 die 2 Martii Sacra haec Congregatio decrevit, scriptis perpensis, nihil obstare quominus ad ulteriora procedi posset.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, Revmo P. Carolo Miccinelli causarum Societatis Iesu Postulatore generali instante, die 13 mensis huius, in Ordinario S. R. C. coetu subscriptus Cardinalis Praefectus atque causae Ponens, dubium posuit discutiendum: *An signanda sit commissio Introductionis causae in casu et ad effectum de quo agitur*, atque de ea retulit. Revmi quoque Officiales Praelati suum suffragium dedere. Emi ac Rmi Cardinales, audito quoque R. P. D. Salvatore Natucci, Fidei Promotore generali, omnibus mature perpensis, rescribere censuerunt: *Signandam esse commissionem, si Sanctissimo placuerit.* Facta autem subsignato die ab eodem Cardinali relatione Ssmo D. N. Pio Papae XII, Sanctitas Sua, rescriptum Emorum Patrum ratum habens, *commissionem Introductionis causae Servi Dei Philippi Jeningen* sua manu signare dignata est.

Datum Romae, die 23 Martii a. D. 1945.

✠ C. Card. Salotti, Ep. Praen., *Praefectus.*

L. ✠ S.

A. Carinci, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA ROMANA ROTA

Citatio edictalis

CARTHAGINEN.

NULLITATIS MATRIMONII (KUGLER-VILLARD)

Cum ignoretur locus actualis commorationis Domini Ioannis Villard, in causa conventi, eumdem citamus ad comparendum, sive per se, sive per Procuratorem legitime constitutum, in Sede Tribunalis S. R. Rotae (Palazzo della Cancelleria) die 30 Octobris 1945 hora undecima ad concordandum de dubio disputando, vel infrascripto subscribendum, et ad diem designandam, qua habebitur Turnus Rotalis pro causae definitione:

An constet de matrimonii nullitate, in casu.

Ordinarii locorum, parochi, sacerdotes et fideles quicumque notitiam habentes de loco commorationis praedictti Domini Ioannis Villard, curare debent, ut de hac edictali citatione ipse moneatur.*

Franciscus Roberti, *Ponens.*

Ex Cancellaria Tribunalis S. R. Rotae, die 8 Augusti 1945.

I. Stoppini, *Notarius.*

* Etant inconnu le lieu de la demeure actuelle de Mr Jean Villard, défendeur en cette cause, nous le citons à comparaître, par propre personne ou par un procureur légitimement constitué, au siège du Tribunal de la S. Rote Romaine (Roma, Palazzo della Cancelleria) le 30 octobre 1945, à 11 heures, pour concorder ou souscrire le doute ci-dessus rapporté, et fixer le jour de la décision de la cause devant la Rote.

Conste-t-il de la nullité du mariage dans le cas?

Les Ordinaires des lieux, les curés, les prêtres, les fidèles ayant connaissance du lieu de la résidence du dit Jean Villard devront, dans la mesure du possible, l'avertir de la présente citation.

BIBLIA SACRA

Iuxta latinam vulgatam versionem ad codicum fidem iussu Pii PP. XII, cura et studio Monachorum abbatiae Pont. Sancti Hieronymi in Urbe Ordinis Sancti Benedicti edita.

— **LIBER MALACHIM** ex interpretatione Sancti Hieronymi cum variis capitulorum seriebus (1915). **Tomus VI.** In-4°, pp. VIII-354 . . . . . 700 —

Tomus I – Liber Genesis. . . . . L. 500
Tomus II – Libri Exodi et Levitici . . . . . L. 500
Tomus III – Libri Numerorum et Deuteronomii . . . . . L. 500
Tomus IV – Libri Iosue, Iudicum, Ruth. . . . . L. 500
Tomus V – Libri Samuhelis . . . . . L. 500

	Roma Lire	Italia L.	Estero L.
Collectanea Biblica Latina cura et studio monachorum S. Benedicti:			
I. Liber Psalmorum iuxta antiquissimam latinam versionem nunc primum ex Cassinensi Cod. 557, curante D. A. M. Amelli O. S. B., in lucem profertur (1912). In-8°, XXXVI-156, 3 pl.	100 —	105 —	115 —
II. Codex Rehdigeranus. Die vier Evangelien nach der lateinischen Handschrift R. 169 der Stadtbibliothek Breslau herausgegeben von H. J. Vogels (1913)) In-8°, pp. XLVI-300, 3 pl.	150 —	160 —	170 —
III. (1-2). Codex Vercellensis iamdudum ab Irico et Bianchino bis editus denuo cum manuscripto collatus in lucem profertur, curante Illmo et Emo A. Gasquet O. S. B., S. R. E. Cardinale (1914). In-8°, tomi 2, pp. XXIV-242 et 242, 2 pl.	200 —	220 —	240 —
IV. Le texte du Psautier latin en Afrique par P. Capelle, prêtre du diocèse de Namur, docteur en théologie et en sciences bibliques (1913). In-8°, pp. XI-277	100 —	110 —	120 —
V. Les fragments de Freising (Epîtres de St. Paul et Epîtres catholiques) édités par D. De Bruyne, bénédictin de Maredsous (1921). In-8°, pp. LII-68, 3 pl.	50 —	55 —	60 —
VII. Le Lectionnaire de Luxeuil (Paris, ms. lat. 9427), édition et étude comparative contribution à l'histoire de la vulgate et de la liturgie en France au temps des mérovingiens, par Dom Pierre Salmon, abbé de Saint-Jérôme (1944). In-8°, pp. CXXIII-234	350 —	360 —	370 —
VIII. Les anciennes versions latines du deuxième livre des paralipomènes, éditées par Dom Robert Weber, moine bénédictin de l'Abbaye Pontificale de Saint-Jérôme in Urbe (1945). In-8°, pp. LII-96	250 —	255 —	260 —
PSALTERIUM BREVIARII ROMANI cum excerptis e communi Sanctorum secundum novam e textibus primigeniis interpretationem latinam PII PAPAE XII auctoritate editum, Editio Typica (1945). In-12° caratteri rosso-neri, pp. VIII-424, sciolto	300 —	310 —	320 —
— Rilegato in tela nera con busta	430 —	440 —	450 —
BIBLIORUM SACRORUM iuxta vulgatam Clementinam, NOVA EDITIO breviario perpetuo et concordantiis aucta, adnotatis etiam locis, qui in monumentis Fidei sollemnioribus et in Liturgia Romana usurpari consueverunt – Curavit ALOISIUS GRAMATICA et nunc typis Vaticanis iterum impressit. in-8°, pp. XVI-1186. (C) In charta tenaci, religatum linteo, titulo aureo	500 —	—	—
S. ROMANAE ROTAE DECISIONES seu Sententiae, cura eiusdem S. Tribunalis editae, in-8°; Vol. XV (1923) — Vol. XVI (1924) — Vol. XVII (1925) — Vol. XVIII (1926) — Vol. XIX (1927) — Vol. XX (1928) — Vol. XXI (1929) — Vol. XXII (1930) — Vol. XXIII (1931) — Vol. XXIV (1932) — Vol. XXV (1933) — Vol. XXVI (1934) — Vol. XXVII (1935). Ciascun volume	200 —	—	—
— Vol. XXVIII (1936)	350 —	—	—

Veneunt Romae apud Admin. Commentarii Officialis "Acta Apostolicae Sedis"
(*Libreria Vaticana - Città del Vaticano — c/c postale N. 1-16722*)

SAC. ALAPHRIDUS OTTAVIANI

PHILOSOPHIAE, SACRAE THEOLOGIAE AC IURIS UTRIUSQUE DOCTOR

COMPENDIUM IURIS PUBLICI ECCLESIASTICI, ad usum Auditorum Sacrae Theologiae, pp. VIII-510, in-8°, Typis Polyglottis Vaticanis, 1936.

Romae L. 100 — In Italia L. 105 — Apud exteros L. 110 —

INSTITUTIONES IURIS PUBLICI ECCLESIASTICI (editio altera emendata et aucta):

Vol. I. – *Ius publicum internum* (Ecclesiae constitutio socialis et potestas), pp. VIII-510, in-8°, Typis Polyglottis Vaticanis, 1935.

Romae L. 100 — In Italia L. 105 — Apud exteros L. 110 —

Vol. II. – *Ius publicum externum* (Ecclesia et Status), editio altera pp. IV-548, in-8°, Typis Polyglottis Vaticanis, 1936.

Romae L. 100 — In Italia L. 105 — Apud exteros L. 110 —

MONS. G. FERRETTO

NOTE STORICO-BIBLIOGRAFICHE DI ARCHEOLOGIA CRISTIANA

Città del Vaticano, Tipografia Poliglotta Vaticana, 1942, pp. XI-484, 125 illustrazioni

Roma L. 280 — Italia L. 290 — Estero L. 300 —

AMLETI TONDINI

ANTISTITIS URBANI

INSCRIPTIONUM FASCICULUS

In-8° L. 20 —

ARMANDO SCHIAVO:

VILLA DORIA PAMPHILJ. In-4°, rilegato, pp. 152 con 13 tricromie e 110 figure L. 450

MONUMENTI DI PIENZA. In-4°, rilegato, pp. 112 con 1 tricromia e 90 figure L. 300

LA DONNA NELLE SCULTURE DEL BERNINI. In-4°, rilegato, pp. 96 con 65 figure L. 300

CODICIS IURIS CANONICI INTERPRETATIONES AUTHENTICAE

seu responsa a Pontificia Commissione ad Codicis canones authentice interpretandos ab anno 1917 ad annum 1935 data, et in unum collecta atque Romanorum Pontificum actis et Romanae Curiae decisionibus aucta (pag. VIII-228), addita *Appendice* ab anno 1936 ad annum 1940 (pag. VIII-38). In Roma L. 24 —. In Italia L. 30 —.

— **Appendix**, ab anno 1936 ad annum 1940 (pag. VIII-38), in-8°. In Roma L. 4 —. In Italia L. 5 —

	Roma L.	Italia L.	Estero L.
ORDO DIVINI OFFICII RECITANDI sacrique peragendi iuxta kalendarium Universalis Ecclesiae pro anno Domini 1946	60 —	65 —	70 —
REGULAE SERVANDAE in iudiciis apud Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal, promulgatae die VI mensis Martii MCMXII (Nova impressio)	10 —	12 —	14 —

Venunt Romae apud Admin. Commentarii Officialis "**Acta Apostolicae Sedis**„

(*Libreria Vaticana - Città del Vaticano — °/. postale N. 1-16722*)